Nobilissimo clarissimoque viro
D. Constantino Hugenio &c
C. Barlaeus s. p. d.

Mitto, Nobilissime,
exemplaria aliquot operis tui, quae sola supererant. reliqua omnia distracta sunt. Typographus noster iterum praelo commisit. quare si novas interpunctiones et accurationes transmittere libeat, fac ocyus, absque ulla mora. Illam interpunctionem, super qua usque adeo [illegible], ita reperi in apographo Hoofdiani exscriptoris, quod in typographio etiamnum est. Tuum autographum consulere non licuit. quod apud Hoofdium etiam absolutum asservatur. Nec video, ita me Deus amet, ullam insignem hallucinationem aut mendum in exemplaribus editis. Sensus optimus est,

En nu te bedde ligge. quae mater respiciunt et sensum prioris discursus finiunt et claudunt. Post illud punctum alloqueris animam et dicis ad modum imperantis, Hier ligge en gaet niet voorder, Mijn siele. iace hic, Anima, nec progredere ulterius. Nullum hic video ulcus. nihil hic pudendi, nihil quod Apollinem maiorem corrugat. Imo, si modo sensu, qui forte est ἀναιδέστερος abundare mihi concedas, postхaberem tuam lectionem. Non possem absque ullum grande acumen, si legas:

En nu te bedde ligge, hier leit.

Habes his alias. Hoofdius cum uxore Rotterodami est. praevertit filia Constantia partus diem imaginarium. illa filiam peperit. Cum Tessela statariam iam pugnam aggrederis. ego vos commisi. Deus e machina commissos dirimat. gloriosum adversarium nacta est. nec tu ignobilem Camillam. totam Babylonem invadis. omnes meditricantur istius obsessionis studiis. acdrimo redeo ad te. exemplar tuum, descripsi prius, ut amicis legendum occasione darem.

Si Tesselam bene novi, non respondebit. amat discursus breves. ego illam ob virtutes summas veneror. Hodie illi scripsi: Vivamus mea Tessela atque amemus Ipsi politissimi senes, sed anticorum, omnes unius aestimemus &c. Te disputantem aequo ego ferre possum, me iniquissimo ferre, praesertim si capulo tenus illam velles confodere. Vale amicorum princeps integerrime. Amstelod. 8 Feb. 1645.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.
Hug. 37.
© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 167
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3895

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 167
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3895

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 167
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3895

Aen mijn heere
mijn heere Constantinus
Huijgens Ridder, heere van
Zuylichem, raedt ende Secretaris
van sijn hoocheijt,

franc

Haghe.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 167
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3895